# Dissertatio inauguralis medica, de longaevitate ex diaeta ... / [Johann Kaspar Zopf].

#### Contributors

Zopf, Johann Kaspar. Alberti, Michael, 1682-1757. Universität Halle-Wittenberg.

#### **Publication/Creation**

Halae Magdeb : Typis Joh. Christiani Hendelii, [1728]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/eas3ajyq

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

10

# LONGÆVITATE EX DIÆTA,

QVAM, AUSPICE DEO PROPITIO Et Confensu atque Auctoritate Gratiosa Facultatis Medica IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

# DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO, MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ NATURALIS PROFESSORE PUBLICO OR. DINARIO, ACADEM. CÆSAR. NAT. CURIOS. COLLEGA, SOCIET.

REG. BORUSS. SCIENT. SODALI, ETC. DECANO H. T. SPECTATISSIMO, Domino Patrono, Praceptore ac Promotore fuo omni honoris cultu profequendo,

# PRO LICENTIA

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXVIII. D. AUGUST. PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI


SUBJICIET

RESPONDENS

# JOHANNES CASPARUS ZOPF,

GERA - VARISCUS.

HALÆ MAGDEB. TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.





# PRÆLOQVIUM.



Agna vitæ naturalisæstimatio inter mortales eft, dum aliis omnibus temporariis bonis & donis præfertur; hincin S Codice in Lib. Jobi c. 2. D. 4. innotuit Satanæ responsum: pellem pro pelle & quicquid

tus

est viro, daturus effet pro se ipso, aut pro anima sua: si. ve ut Lucherus commentatur: fur feine haut laffet ein Menfch gerne fahren, Rinder, Diehe, Gefind und aller andere Haut: neque quidem hic amor vitæ, modo justus & voluntati divinæ congruus sit, aut illicitus, aut prohibitus, aut iniquus est, siquidem non modo in genere vita hominis ejusque duratio a DEO provenit, in cujus manu positi sunt dies vitæ nostræ & numerati exacte; sed & longa vita divinis promisfionibus annumeranda eft Exod. XX, 12. ut prolongentur dies tui super terra, quam Jehova Deus tuus dat tibi: Prov. III. 16. Longitudo dierum in dextra ejus, in sinistra ejus divitie & gloria c. IX. 11. per me multiplicabuntur dies A 2

## -33 (4) 503-

tui & addent tibi annos vite c. III. V. 2. Longitudinem dietum & annos vita & pacem addent tibi. conf. c. IV. 10. Devt. XXX. 20. & in opposito Pfalm. LV. 24. nihilominus in S. S. fæpius brevitas & fugacitas vitæ fatis perspicue & emphatice significatur Psalm. LXXXIX. v. 48. memento, ego cur brevisimi temporis : Sap. II. 1. exigua est & afflicta vita nostra, & non est remedium contra mortem bominis c. IX.5. ego sum bomo infirmus & brevis atatis conf. c. XIV. v. 14. Efaia XL. 6.7. Et hanc vitæ humanæ infirmitatem & inconstantiam omni ferme tempore homines agnoverunt, ex parte etiam deplorarunt, hinc Seneca in Confol. ad Marcian. XX. dixit: nibil est tam fallax vita bumana : hinc hortatur de Brevit. vit. c. 7. Vivere tota vita discendumest; & quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori, & in Lib. 3. de benef. c. 31. non est bonum vivere, sed bene vivere: proinde exclamat in Ep. 77. Nonne tibi videbitur stultissimus omnium, qui fleverit, quod ante annos mille non vixerat; aque stultus est, qui flet, quod post annos mille non vivet; bec paria sunt non eris, nec fuisti. & iterum in Lib. 2. na-' tural quest. c. ult. Magno astimamus mori tardius: cum ejusmodi effato itaque testimonium & suffragium suum conciliat dictum Horatii Lib. 2. Satyr. 6. D. 97. Vibe memor, quam fis evi brevis: Et qui vitæ humanæ æru. mnas & calamitates probe perpendit, facile agnoscerveritatem effati Ciceronis Tusculan. I. c. 31. guod bac vita mors fit & Euripidis ap. Plat. ad Apoll. p. 120. quod bac vita nomine talis sit, re ipsa labor: & quot non miferiæ hanc circumdant naturalem vitam; quilibet dies nobis infirmitatis humanæ nova prodit specimi-

na:

# - (5) (5)

na: quotidie morimur etiam naturaliter, ficut Apoftolus , Cor. XV. 31. elocutus : diebus fingulis morior : moritur indies existentia nostra, quod heri fuimus, nec hodie sumus, nec erimus porro: sugit tempus, fugit vita nostra; aut quod ad vitam nostram referri potest, ita etiam Langius Lib. 1. Ep. 79. eloquitur : fingula bora, imo temporis momenta aliquid de nobis depradantur. Hinc Seneca Ep. 58. dixit: nemo nostrum idem est in Senectute, quod fuit Juvenis, nemo est mane, qui fuit pridie; indies enim quicquam de corpore nostro confumitur, destruitur adeoque moritur, hinc indies quicquam compensatur & reparatur :' inde ingesta quotidie funt necessaria, quia indies egestiones procedunt: & licet partes solidænon semper per temporum intervalla confumantur, quod tamen ex parte in Sene-Aute contingere videtur, tamen fluidæ ob fuam laxitatem, mollitiem & lubricam mixtionem, præcipue vero ob suum perpetuum comeatum & circui. tum per partes solidas in brevi temporis mora succesfive tamen resolvuntur; quare semper nova ingeruntur, nova præparantur, nova adduntur: quid quod evenit, ut ex ubertate pinguis gelatinosa alimentofæ substantiæ, pinguedo & offium medulla deposita & asservata, alia occasione ob aliam necessitatem resorbeatur, auferatur & consumatur: Quam brevis tamen vita apparet, admiratione tamen dignum est, cur nihilominns tamdiu perduret, quoniam sub tanta corporis infirmitate atque fragilitate & causarum lædentium multiplici concursu citius vita hominis exspirare posset, imo, si tantum cause nude phyficæ & materiales in formali vitæ ratione prævalerent,

A3

# -\$\$ (6) \$\$

lerent, etiam deberet : ficut itaque multiplices caufæ funt, quæ vitæ brevitatem inferunt, ita inter varias alias merito Diata vitia numeranda, quæ etiam Hollerius in scholiis ad 1. aph. Hipp. Sect. 1. allegat: hinc Seneca Ep.95. afferit : immunes erant a tot morbis, qui nondum (e deliciis solverant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant: Simplex erat ex simplici causa valetudo; multos morbos multa fercula fecerunt: vide quantum rerum per unam gulam transiturarum permiscent luxuria, terrarum marisque vastatrix : innumerabiles esse morbos, miraris ! coquos numera? Sed dum Diætæ vitia tot morbos invitant & frequentius ad vitæ brevitatem contribuunt, interea homines, quibus quadantenus mens sana existit, longævitatem amant, ita non parum ad longiorem vitam contribuet bona, congrua & ordinata Diæta, quæ inter res non naturales multum valet; quare hoc loco peculiari instituto divina bonitate adsistente suscepimus, ut LONGÆVITATEM EX DIÆTA nonnullis meditationibus explicemus & commende-Faxit benigniffimus author & confervator mus. vitæ nostræ, ut hæc disquisitio ad vota nostra succedat.

§. I.



Ongævitatem ex Diæta probantes & demonstrantes in primo hoc accessu, quædam pro tituli explicatione & illustratione annotare volumus: Longa vita præcipue Dei donum est, qui vitæ nostræ author, curator, conservator & promotor est:

hinc Pfalmista canit Pf. XXI. 5. vitam petiit a te, dedisti ipfe longitudinem dierum, hinc a Deo etiam longavitas prima-

**T10** 

# - (7) (\*\*

rio provenit Pf. XCI. 16. longitudine vite faturabe eum & oflendam ei falutem meam : Difce itaque dicit Baruch. III,14. abi fit prudentia, ubi fit robur, ubi fit intelligentia, ut cognofeas simul, abi fit longevitas & vita, abi fit tux oculoram & pax: proinde camen almus Creator variis naturalibus mediis benedixit, ut ad sanitatem nostram tuendam & vitam fulciendam quicquam conferant: Longævitatem itaque in hac tractatione non fenfu absoluto, sed relativo accipimus: & quidem quomodo hoc aut illud fubjectum quoad individuales & personales rationes ac qualitates diutius vita frui queat, quam si indiscriminatim & fine regula atque ordine mediis naturalibus ad vitam neceffariis uteretur: hinc multi dantur homines, qui fecundum Philofophi Platonici Maximi Tyrii effatum, in differt. 20. p. 203. mortem quidem metuunt, vitam tamen negligunt, i.e. laxe vivunt, variisque periculis se subjiciunt: quam ob rem haud temere certum terminum fixum definimus, quo homo longevus centum & plures, aut nonaginta, aut ostoginta, aut septuaginta annos attingere debeat; quoniam nonnulli homines pro difereta & individuali racione sexagenarius, aut quinquagenarius longævus vocari potest, qui pro reliqua fua imbecillitate citius e vita discedere poruiffer, dum vero regalis ad longævitatem acquirendam falutaribus obtemperat, Divina annuente bonitate, diutius vitam suam protrahit, ut alii comparativam talem longiorem vitam facile agnofcant : poteft itaque homo vitam suam abbreviare & prolongare, in genere sub divina providentia & omnifcientia, qua omnium hominum orrus & exitus in vita naturali & exhac oculis Dei profens & cognitus eft: hinc Langius Lib.1. epift. 79. dicit: quare vita naturalis scopus non est adeo fatalis & inevincibilis, ut per divinam potentiam non possi prolongari, aut per pravam vistus rationem abbreviari, vi gladii aut cannahis decurtari, sujus feopum ob crapulam centesimus aut millesimus quisque 22%

# 

vix asseguitur: Discrepat itaque Longævitas per omnia temporum æva, ut non æque judicandum fit, quod ante & proxime post diluvium homines ad seram senectutem pervenerint, dum vicifim exempla proftant, quod no-Aris temporibus nonnulli homines zque ad Moyfis & Davidis ætatem pertingant, siquidem illis priscis temporibus perinde haud finguli homines ad hanc annorum periodum pervenerunt, ut propterea inter antiquiores zque quidam homines robustiori & firmiori natura & corpore instructi fuerint, alii vero debiliori & teneriori, uti hodiernis ævis contingere solet: Hæc itaque tractatio de vita longa omnibus ferme ævis eruditis commendata fuit, sicut Aristoteles suo libro de longævitate & brevitate vitæ innotuit: conf. Phlegontis Tralliuni sr. ali wangoBiav Maximiliani Sandei Symbola vite bumane, Lamelinus de vita longa, Holterbof de vita longa & brevi, Villanova in arte ad vitam longam perveniendi, Meibomii Epist. de Longavis, Helmontius tr. de vita longa & brevi, Paracelfus de vita Longa, Wedelii disp. de vita longa, Zac. Lusit. M. P. H. lib.o. bist. 17. 90.8. p. 961. seq. Joepferi Manuductio ad vitam longam, Bartholinus Cent. 5. hist. 28. Bebrens de vita longa, D. D. Prasidis Praxis extemp. Cas. 1. de Longavitate bominis, variique alii authores diversarum facultatum.

#### 11.

Et quoniam ad Long ævitatem acquirendam paffim varia proponuntur media & adminicula, ita hoc titulo atque loco congruam & bonam Diætam tanquam præcipuum auxilium, ad acquirendam vitam longam allegabimus & commendabimus; hinc plurimi medici qui Longævitatis reminifcuntur inter alia vidus fimplicitatem & bonam Diætam concelebrant: ita Langius l. c. dixit: Primum itaque nosti præter Sacras litteras Josephum ac Eusephum testari, Noë post diluvium trecentos & quinquaginta adbuc vixisse annos, ob reli-

# ·\$\$ ( 9 ) \$\$

religionis pietatem, sobriam victus rationem; & Rejes. Camp. Elyf. juc. go. 25. n. 15. 16. Scribit: Hanc fobrietatens pictusque simplicitatem & temperantiam a probatissimis piris semper laudatam legimus apud Ciceron. V. Tuscul. gv. apud Macrobium 6. Saturn. c. 4. nec non apud Poetas - non aliter Flavius Josephus Lib. 2. de bell. Jud. Essenos narrat, guam longifime vivere & ad 100 annos non paucos perdurare, quod victus simplicitatem ac rectam in cibis normam observarent - . Paucissimis veterum contenta fuit vita & tune ad naturam vivebant homines, edebantque advivendum, nunc ad comedendum vivitur & magnitudo omnis non in sobrietate, sed in ferculorum multitudine consistere creditur, qui plura consumit & plura exhaurit pocula, viribus magis fidit, mox defecturis: nec ullus est, qui videat obsonia non esse, que devoramus, sed nature onera, quibus obruitur & in tristium morborum doloribus solvenda gaudia; quippe dum Sacra Ecclesia elogia non attenduntur & medicina pracepta nil penduntur, imo bac omnia contemnuntur, percunt salus & vita & ut paululum vivamus, vivere desinimus, ac vix est qui alieno, imo suo malo sapiat: Sic porro Bernh. Gordonius de Confervatione vita humana præcipue bonam & exactam Diætam, tanquam celebre & efficax eo contribuens & spectans medium commendat & Wedelius in disp. de vita longa c.3. p. 28. afferit: in cansis naturalibus singulis, primario Diete regimen uni cui. que atati, temperamento, babitui & individuo proprium ac congruum, lege artis, tum ordinandum tum prosequen. dum : Hæferus in Hercule Med. L. 2. c. 1. p. 100. 101, eloquitur: utebantur bomines ante simpliciori victu: nunc vero varius cibus nos cum dispendio sanitatis delectat: In multis enim

# - ( IO ) Ses-

enim escis erit infirmitas Eccles 37. v. 33. Cujus sententia veritas, quotidiana experientia confirmatur, qua videmus plebejos & quibus est res angusta domi, seniores effici, quam divites: cum hisce testimoniis confentiunt Martinus Pansa de propaganda vita, Rogerus Baconius de secretis artis & nature cap.7. Salmafius in Diatribe de annis Climactericis & plurimi medicorum; inter alia testimonia ex alio foro petita, fide digna præcipue eft sententia Theologi Confummatifimi B. Dn. D. Speneri, (cujus memoriam DEus contra omnes Satanæ hujusque inftrumentorum aggresfiones, fatuas oblocutiones & ludicras hæretificas invafio. nes in æternam benedictionem ponat) quam in funebralibus Concionibus Part. IV. Conc. 3. p. 47 48. folidiffima propositione & demonstratione profert; dum itaque physici a medicis imprimis bujus veritatis fundamentum mutuare debent, Theologi vero non modo naturales, fed & divinas causas scrutari & conciliare solent, Jure Consulti denique perinde physicis rationibus niti debent, ita universalis hic est confensus, quod Diæta cuilibet individuo accommodata justa & conveniens multum ad vitam longam conferat: ubi tamen fruftra universales regula atque leges injungendæ & obtrudendæ funt, cum qualitates hominum admodum discrepent, quibus femper speciales regulæ ordinandæ funt, quemadmodum Diæta fecundum ætatem, temperamentum, fexum, vires, vitægenus, nationes, consuetudinem, educationem &c. discrepat: nos vero hoc loco generalem & haud specialifimam disquisitionem propositi thematis inflituemus.

§. 111.

Per Diætam itaque intelligimus accuratam & congruam viclus & potus usurpationem, quæ accommodata esse debet peculiaribus qualitatibus diversorum subjectorum & individuorum: quam ob rem haud in sensu latio-

12

-\$\$ ( II ) {\$\$-

ri illam accipimus, uti Ettmullero in Opp. Tom. 1. p.n. 208. ubi de sex rebus non naturalibus agit, placuit, quando dicit: Regimen barum rerum (videl. non naturalium) dicitur dieta: de hac diæta judicat etiam, quod primario ad Sanam vel ægram, (addit tamen) non vero ad longam vitam faciat; minime omnium autem vitam ad annos 120, proroget, ficuti Claudio Theodato in Pantheo hygiastico placuit: ita Sennertus instit. medic. Lib. 5. Part. 2. Sect 3. c. 2. afferit : quod diæta præcipue cibo & potu constet: placet itaque nobis in fenfu proprio & haud amplo Diætæ rationem in hoc themate habere & instituere : requiritur itaque congruus ufus cibi & potus ad vitam fanam æque ac longam: quo etiam justus ordo in hoc usu spectat : etenim huc etiam quadrat, quod Xenophon in aconomicis elocutus eft: nibil hominibus æque utile & honestum atque decorum est, ac bonus & legitimus ordo: quam ob rem ad quantitatem, qualitatem & ordinem in usu victus & potus advertendum est: conf. Illustr. Stablii diff de Diæta §. 1. Haud vero fanitati & vitæ conducit perquam scrupulosa, delicata & mollis valde Diæta, unde potius naturæ hominum corrumpuntur, emolliuntur & torpidiores redduntur, fiquidem illi, qui nimis stridum & rigorofum obsequium diæteticis regulis præstant, facilius ad morbos disponuntur, conf. Exc. D. D. Stablii Opusc. physico medico-chymica in observatione de sollicita Diæta X. p. 276. qui præc. p. 284. profitetur: ante omnia ab ipsa usque Infantia nimis sollicitam mollem ejusmodi Distam abesse velim, qua non solum ipsi mores, perpetuis cavendi, metuendi, contemnendi, seligendi inculcationibus & absoluta illa omnium minus solitarum rerum aversione, cujuslibet minoris jucunditatis imprimis autem levissimorum forte dolorum aut incommodorum fortuitorum, formidine aut impatientia multis modis a teneris, quod ajunt, unguiculis, perbertuntur, sed etiam molle, nimis quam B 2 fenfi.

# -203 ( 12 ) E03-

sensibile, ne mediocrium quidem fastidiorum, nedum laborum patiens redditur corpus: imo potius perpetuis quiritationibus, quin veris & nibi! simulatis sanitatis interversionibus, si affectatam illam angilesau absolute observare, varie fortuite circumstantie vetent, plana via sternitur: huc etiam pertinet laudati Viri Differtatio de Diæta in qua passim hanc fcrupulofam & follicitam, aut rigorofam dieram improbat: huc quadrat observatio Riedlini in Lin. Med. An. 4. Menf. Sept. obf 23. p. 783. cui titulus : Distam firicle firvins errorem contra eandem ægerrime ferens: Ad integritatem vero vitæ animalis confervandam requiritur virium sufficiens robar tam in universo corpore, quam seorsim in organis ad functiones vitales & naturales ex parte idoneis, prafens; deinde huc pertinet justa languinis temperies & conveniens consistentia: fufficiens partium flui. darum quantitas, ne excedant, neve deficiant, congrua partium solidarum flexilitas, se-& excretionum justus fuccessus, vegetus cibi & potus appetitus & concodionis processus liber, promptus & legitimus humorum progressus, justa ingestorum & egestorum proportio, organorum debita permeabilitas & puritas &c. ad hofce præcipuos respe-Aus Diæta ita dirigenda eft, ut hæ qualitates hique effe-Aus rice perennent, ita ctiam per Diætam fanitati & vitæ durabiliori prospicitur.

#### S. IV.

Ex fonte itaque Diætetico ad vitam longam acquirendam positive commendatur potus Aque quotidianus, loco cerevisiarii, imo vinosi, aut alterius spirituos: hinc Aqua pro universali auxilio medico & diætetico æstimatur, cujus asserti multiplicia testimonia proferri possent: suffecerit veritatem hujus sententiæ a priori & posteriori demonstrasse: e ratione itaque fluit, quod aquæ potus temperatissimus existat, qui haud corpus humanum oggravat, modo

# -203 (13) 20%-

modo cum moderamme adhibeatur & adfuetudo illius falubrem effectum promoveat: aqua enim pura diluit humores, temperat serum acre, lenit fibras motrices, hume. Elat partes, eluit & aperit poros, emollit humores & materias crafias, temperat humores, ne qualiscunque acrimonia prævaleat, impedit copiofiorem bilis generationem, dum principia bilis per diurefin & infenfibilem transpirationem ad faciliorem excretionem disponit, præmunit partes teneras sensibiles, ne ab acribus humoribus moleftius afficiantur, adjuvat ciborum resolutionem, impuritatum abstersionem tam e nexu cum partibus fluidis, quam ex adhasione in partibus solidis, præoccupat suspectas Hagnationes, emollit & elubricat vias excretorias &c. ex experientia vero innumeris exemplis probatum eft,quod homines qui Aque potui adsueti sunt, illibata sanitate & disturna vita fruantur, in quibus præcipue necessariæ & falutares evacuationes prompte & placide fuccedunt, insuperque humores in justo progressi confervantur & fi fub reliqua Diæta idonea roborantia & temperata aromatica usurpantur, vanus est metus, quod aqua partes enervet: proinde innumera constant testimonia hominum, qui fub jufto aquæ ufu & potu longiorem vitam & confantiorem fanitatem attigerunt &acquifiverunt:quid quod ex observatione medica abunde constat, quomodo homines, posteaquam circumspectum Aquæ usam felegerunt & adhibuerunt, non modo a præcedentibus quibusdam periculofis morbidis invafionibus liberati fuerint, fed & ad magis vegetam & firmam fanitatem pervenerint: facile enim ratione quisquam affequi poteft, quod multiplex cerevisiæ mutatio, quæ ex qualibet ferme illius coctione & præparatione provenit, imo quæ a diversis aëris & tempestatis variationibus provenit, haud salubris existat, sed varias morbusas afflictiones provocet, ut & quod tot diversa crafis & confiftentia cerevisiæ non omnibus fubje-Ais

# - 3 ( 14 ) 83-

clis proficua existat: quod etiam cerevisia crassa, saturata, valde pinguis & inebrians plurimis hominibus inimica sit, aque vero potus semper idem permaneat, modo non impura, neque valde frigida ingeratur: ita etiam constans vini usus, tanto minus simplicis salutaris eft, quam ob rem in regionibus, ubi vinum largius crescit, potus vini cum plurima aque substantia & portione temperatur & diluitur, neque etiam quodvis vinum cujuslibet corporis qualitatibus congruum eft; hinc vini cum Aqua diluti laudes recenset Rejesius l. c. qv. 85. n. 25. unde facile liquet, quod Aqua aliis potulentis temperiem & falubritatem conciliare debeat, adeoque præ alis potulentis prærogativam tueatur : hinc ex parte antiquisfimarum gentium & Patriarcharum longævitatem aque simplicis usus promovit, ubi vicifim homines, qui cerevisiario, aut vinofo & spirituofo potu utuntur comparative ratione nume. ri & frequentiæ haud ad similem vitæ durabilitatem deveniunt. Sicut vero non promiscuum usum aque laudamus, ita peculiares adhuc conditiones & qualitates obfervari debent: nam copiosus aquæ potus, aqua frigida, impura, putrida &c. potius damna afferunt ; fiquidem in nonnullis subjectis ratio postulat, ut aqua leviter aromatifata hauriatur, quo ventriculus eandem facilius perferre queat: neque etiam proficit, mox adsuetum potum cerevisiarium, aut vinosum, cum simplicis aquæ usu mutare, sed gradus observandi sunt, ut successive natura hominis etiam aquæ potui adfvefcat ; quibus monitis & legibus multæ aliæ annecti possent, si in specialiores multas confiderationes descendere cogitemus. §. V.

Præterea nonnulli exiftimant, quod abstinentia a carnium esu ad Longævitatem promovendam contribuat, quoniam caro substantia mollis & valde corraptibilis est, unde Gelatina e carnibus extracta cito corruptionem subit;

# -s@3 ( 15 ) S@3-

fubit; quando itaque illa in fuccum & fanguinem, aut in partes folidas corporis humani convertitur, tunc exinde corpus similem qualitatem facile corruptibilem nancifcitur, quæ ratio non omni modo rejicienda eft : hinc Prosp. Alpinus in Medicina Indorum Lib. 1. c. 11. refert, quod gens Ægyptiaca ob hanc abstinentiam a carnium comeftione multo numero ad Long evitatem perveniat : in hac confideratione reminifcimur iterum illius folidi judicii B Speneri in Lebens, Pflichten Dominica 2. Advent. p. 27. ubi teftatur & profitetur: Indeffen feben wir, Daß fo bald nach der Sundfluth Das Allter Der Menfchen um meh= rere hundert Jahr ftracks abgenommen, Da ich etwa andes rer verståndiger weiteren Rachfinnen überlaffe, ob nicht eben burch das Effen des Fleifches, und alfo eines Dinges, welches Durch Den Sod eines Dinges fo bald in eine Zerftohrung ju gehen anfängt (wie Dann fein Kleifch ohne Berfaulung lang liegen fan) Die Menschliche Natur noch mehr geschwächet worden, als da fie vorhin fich noch Der einfältigen Speißen ber Fruchten, Davon fein folcher verdorbener Gafft fommt, gebrauchet hatten : conf. Ejusd. Leichen- Predigten l. ante cit. p. 47. n 3. & licet Carnium esus ante diluvium non quidem positive a DEO concessius & mandatus fuerit, tamen non omnimode inusitatus fuit, vid. Job Cluten in fasciculo Juris. Canonici p. 9. Melchior Sebizius Lib. 3. de alim. Facult. c. 2. Rejef. l. c. qv. 85. Camerarius Syllog. Memorab. Cent. 12. particula 25. B. Spenerus in Lebens= Pflichten loc. cit. ubi loquitur: 2Bir schen vor der Gundfluth nicht, daß GOtt eigentlich Den Menfchen Das Fleifch zu effen zugegeben habe, weil erft nach Der Gundfluth ftebet Genef. IX, 3. - - - und vielleicht auch Die Gottlofe vor Der Sundfluth bereits fich Die Erlaubniß felbft genommen hatten, weswegen er um der Menfchen Gchmach= heit willen die Erlaubniß gegeben hatte, tamen ipfe efus quandocunque in usum tractus fuit, tante magis corpus corruptibile reddidit, id quod facilius & certius contingit, quan-

# - 6 ) 6

quando fub luxuriofa carnium præparatione tales ipfis communicantur qualitates, per quas adhuc facilius fermentescunt & putrescunt: sicut ex simplicissimis experimentis compertum & probatum est, quomodo varia additamenta, præcipue dulcia carnes in putrefactionem præcipitant: quid quod tanto facilius contingit, ut carnes vitiata & speciali contagio infecta, malignos & contagios morbos provocent; hinc inter medicos disquisitio & observatio occurrit: utrum carnes vitiate, aut male preparate Rempublicam labefactare & eidem damnum inferre poffint, vid. Fort. Fidelis Relat. Medic. p. 130. Ammannus in Irenico qu. 25. p. 175. de Noxa comestionis carnium a pecoribus contagiosa luc infectis, conf. Lentilius Miscell. Med. Pract. p. 509. Carnes pecorum lue infectorum sunt suspe-Ete A. N. C. Cent. 5. obf. 70. p. 123. & rarius omnino eft, quod ejusmodi inquinatarum carnium comestio innoxia fuerit. vid. A. N. C. Cent. 8. obs. 9. 264. Ita etiam Sanguinis comeftio haud purum, firmum & durabile reddit corpus, quia ipfe sanguis putredini admodum subjacet, vid. Garman. demirac. mort. Lib.3. tit. 1. J.34. que obfervatio fatis manifesta est: hinc multi ctiam homines sanguinis animalium esculentorum esum mox in ventriculo ægre perferunt, variasque inde patiuntur afflictiones: quare Galenus lih. de atten. vict. rat c. 8. fanguinem omnium animalium in cibo vitandum præcipit: & Bartholinus de fanguine vetito p. 58. inquit: interest quoque reipubl. ne abuta. mur Dei donis, ne utamur illis, que cum comminatione probibita, guanquam nobis placida & proficua : interest viri boni intra concessos limites se continere, cum eadem utilitatis, que honestatis, sit regula: nec sanitatis cura tanguntur, qui ex cruore utilitatem eruunt: nam nes medicamentum commodum est, nec alimentum: & Ægineta lib.1, de Re med.

# - 203 ( 17 ) 203-

med.c. 85. dicit: fanguis omnis difficulter concoquitur: ob id fanguinis comeffio ob varias justas causas in veteri sœdere Levit. 3. v. 17. c. 7. v. 26. c. 17. v. 10. prohibita, neque positive in N. T. sub Apostolico Ecclesix etiam statu concessi suit: quin rectius abstinentia a sanguine mandatur Actor. 15. v. 20. 29. c. 21. v. 25. de qua meditatione pluribus conferatur eruditus tract. Bartholini de sanguine vetito.

S. VL.

Inter alias causas, long evitatem promoventes, merito simplicitas vietus annotationem & commendationem meretur, quam etiam unanimi fuffragio medici probant & innumeris exemplis confirmant: hinc Zac. Lustanus Med. Princ. Hift. Lib. 6. bift. 17. qu. 3. p. 962. dicit: secunda causa longeve vite fuit, sobrietas & continentia in victu & potu & omnis vita moderatio: erat naturalis & simplex victus & potus; varietas autem mixtura & condimenta ciborum vitam debilitant & minuunt: cum hoc adferto confentit Camerarius in Sylloge Memorabilium Cent. 12. partic. 47. apud magnates quidem ob singularem varietatem, in multiplicandis ferculis, extolluntur coqui; sed tamen ista eduliorum variesas, omnino cruditatis & Cac + bymie caufa existit; qui enim simplicem cibum sumit, facile, quo succo corpus ejus vel juvetur, vel gravetur, usu docente multiplici cognoscit: qui vero multiplici cibo alitur, diversas patitur qualitates ex diversitate succorum, nec concordant humores, ex materie parietate na. scentes, nec efficiunt liquidum purumque sanguinem: binc morborum scaturigo, qui ex repugnantium sibi humorum discordia nascuntur. & c. hinc idem author multis modis distam simplicem commendat : Simili effato Bartholinus eloquitur: Cent. 5. bist. 28. p. 48. Longavitatis princeps cau-

# -: (18) ::

caufa est simplex vierus, Patribus olim usitatus, quo etiam Eremite quamplures consenuerunt, conf. ejusd. Act. Hafn. Vol. 1. obf. 49. n. u. eandem vietus simplicitatem commendat etiam Rejesius loco supra citato; conferantur porro Alla Philosoph. Anglicana An. 1668. menf. Octobr. eximie vero Diztam talem fimplicem extollit Cornarius de commodis vitæ fobriæ & B. Spenerus locis citatis: Etenim talis Diæta utplurimum complectitur subjecta temperata, quæ corpori magis amica funt, facilius digeruntur, neque ad fuspectam fanguinis plenitudinem aut perniciofam cacochymiam tam facile difponit, quæ enim alimenta & potulenta naturam & corpus non onerant, quæ etiam naturæ magis consueta funt, quæ non valde concentrata, neque admodum pinguia funt, illa & mixtioni & reliquæ texturæ corporis magis conveniunt, quam quæ multis aromatibus imprægnata, variis saporibus qualificata & simul dulcia & acida, acria, amarulenta &c. funt; quæ non ad copiofum ferum acre subtile sulphureum, falsum, aut largam bilem generandam idonea existunt, adeoque mixtioni corporis & senfui, consensui & viribus naturæ magis respondent & conveniunt; attamen ad fimplicem victum haud referenda sunt subjecta cruda, concoctioni admodum refractaria & impura, fed quæ ratione subjecti, loci & atestis magis congrua existunt; ubi partim alimenta & potulenta fimplicia, partim preparatio ciborum fimplicior præferenda eft; nam quo plus artificii, luxuriei & delicati apparatus concurrit, co magis fanitas alteratur & vita ad citiorem decurfum & exitum difponitur: hinc ab illo tempore quo luxus in culina præcipue & epula increbuit & illis locisubi luxuries hæc obfervatur, morbi magis & brevitas vitæ eminuerunt: ad hanc fimplicem diætam plurimum vegetabile regnum contribuit; quemadmodum modicus usus lactis & lacticiniorum, modo reliqua dizta non sit valde

- ( 19 ) ( 19 )

de pinguis & nutriens, hanc longævitatem promovet: ita enim antiquissimorum populorum panacea & balfamus lac fuit: hoc enim bonam humorum temperiem conciliat, fanguinem diluit, acres & tubtiles alias nocivas fubftantias corrigit & demulcet, excretiones facilitat, variasque alias utilitates confert: interim ad lattis ufum non pertinet ingeftio acidorum, valde falitorum, vinosforum, perquam fermentantium, mellitorum &c. fubjectorumingeftio, quæ diversas perniciosas alterationes in corpore excitant, velut-colicam, diarrhœam, choleram, fanguinis dyferasiam, tusses, rhevmatismos &c. quamobrem usus lactis aliam fimplicem diætam conjunctam requirit & eandem fimplicitatem promovet.

6. VII.

Palmarium requisicum, subsidium & adminiculum ad Longævitatem acquirendam eft, Temperantia & fobrietas, ne excessus etiam in simplici diæta committatur: ita enim in genere Plutarchus in falubr. præcept. inter media longavitatis numeravit: vesci citra saturicatem, sed & seorsim Porphyrius lib. 1. de abstinentia dixit: in simplicibus alimentis cavenda fatietas: hinc Thonerus de fua Longavitate Lib. 6. ep. 4. p. 285. confessions est, ea esculenta & potulenta affumfi, non que gule arriderent, sed que bone valesudini conducerent : sub hac enim temperantia, vires non facile enervantur & nimium ad multa, varia, confusa & craffa, toleranda & tractanda coguntur, sed in justo tenore, ordine & processu confervantur : fiquidem bonus or do ratione gradus, temporis & succeffus infigne emolumentum eft, ad omnes prosperos decursus rerum humanarum naturalium : hæc fobrietas neque utiles substantias ultra necessitatem accumulat, fed in justa quantitate confervat, neque inutiles colligit. motus vitales haud turbat & falutares excretiones in justo ordine confervat: hinc C 2 Tho-

# - 20 ) 803-

Thonerus l.c. p. 284. 285. dixit: illud fingulare exemplum eft, - (loquitur de long evo, qui sub strida quidem diæta longam attigit vitam) quantum commodi prafter exacta victus ratio ad prorogandum vitam, etiamnum bodie imitandum inculcatur: hinc etiam Plato elocurus eft, in que loco multi funt medici, in illo multa hominum est intemperantia: conf. Varro Lib.1. de re rustica c.1. Plin. lib. 7. c. 56. lib. 12. in proæm. haud vero fub hac vitz fobrietate exactifimam & rigoro-Sam, aut perquam strictam & ad stateram mensurandam diætam comprehendimus; cum rariora fint longævorum exempla, qui tam scrupulosa & follicita diæta ufi funt, ut fupra monuimus, quoniam adeo emollita & indulgenter tractata natura levissimas alterationes ægerrime perfert, ut facile dehinc tales homines fuccumbant: & licet A-Toyfius Cornelius, qui ad libellam vixit & alius quidam, cujus Thonerus loco citato memoriam injicit, sub frida diæta ad 95. annum pervenerit, tamen tales casus infrequentiores, neque pro regula & lege ad imitandum con. ftituendi funt: Strifa enim diæta accurate fervanda eft; qui vero tam rigorofe fuam naturam tractat, fervus rectius corporis & ventris redditur: quare illi, qui aliquando vel paululum ultra modulum, pondus & menfuram ad. fueta ingerunt, moxinde eximia damna patiuntur: haud enim tam indulgenter natura hominis tractanda, fed ipfius viribus negotia & tolerabiles labores administrandi & expediundi conferri debent, alias illa iterum segnis & languida redditur: neque enim pro diversitate laborum & appetitus quotidiana exacta menfura victus & potus constitui potest: evicetur excessus & obfaturatio : optimum eft fi adhuc aliqualis appetitus ad victum confervetur, fecundum vulgare dicterium, wans am besten fchmecft, foll man aufhören: hinc communi fuffragio intemperantia quoad cibum & potum vitæ brevitatem conciliat: ob

ob id Cameravius in Sylloge Memorabilium Cent. 12. partic. 50. guloforum vanitatem & castigationem conscriptit: hinc parasiti & qui plurimis epulis, conviviis, nuptiis & fymposiis intersunt, raro ad longam vitam pertingunt, dum a cerere & baccho onerata natura, tantum concochonis functioni plurimas vires impendens, ægrius falutaribus aliis confervatoriis actibus invigilare operamque dare poteft: quin mature in officina naturalis coctionis eadem natura enervatur & corrumpitur, ut fucci pravi generentur, reliqua officia confuse procedant & sic ob multas alias connexas caufas vita abbrevietur.

- Sen ( 21 ) Sen

#### VIII

Vitæ longitudini & firmitati relistit etiam crebra diætæ mutatio; generalis quidem ejus, cui nunc homines adfueti funt, permutatio inimica utique eft: hinc Hippocr. lib. de nat. human. §. 19. text. 8. dicit : nam fiquiscito distam permutet, periculum etiam est a permutatione aliquid novatum iri in corpore: hanc observationem multi medici confirmant: ita Camerarius l.c. partic. 49. demonftrat, quod ciborum varietas animo & corport noceat & Riedlinus Lin. Med An. 6. obf. 15. Menf. Septembr. p. 1039. hiftoriam allegat, cujus titulus Diete mutationem brevi fubfequens mors: conf. Solenander feet. 5. conf. 15. n. 16. Rejes. qv. 93. Galenus de ref. viel. rat. Huc etiam illa mutatio referri deber, quando quidam homines calido porui adfueti, aliquando frigidis ingeftis indulgent, unde non modo graves morbi, fed & vitæ pericula imminent & ingruunt conf. Galenus de alim. facult. lib.1. & de confuetud. lib.1. Majolus in dieb. canic. tom r. Hildanus Cent. 3. obf. 94. A. N.C. dec. 3. an.7. ohf 73. ita etiam multis exemplis comprobatur noxa frigidi potus conf Zac. Lusit. Prax. admir. lib.3. obf. 104. A. N. C. dec. 3. an. ohf 93. Marcell. Donatus L. 2. c. 6. Riedlinus Lin. Med. An, 1. Menf. Febr. obf. 21. p. 54. inde facile demon-C 3 ftrari

-22 ) 50%-

strari potest, quod sub dizta moderate calida, tepida, remperata, nec valde frigida, incraffantia &c. ulurpanda fint: Proinde in genere ingesta respondere debent, quantitate & qualitate viribus & confuetudini subjectorum, nec non laboribus & vitæ generi, ficut Sanctorius ex parte in Medicina Statics monuit; nam quo plus aut minus ingerit, quam egerit, ille vitæ & fanitatis damna & detrimenta incurrit: perinde proportionata elle debet confistentia esculentorum & potulentorum ad vires subjectorum: nam robustis naturis firmo corpore instructis, tenuis, mollis & delicata dizta haudad vitam longam acquirendam idonea eft. dum inde vires emolliuntur & humores haud adaquatam ad fibras robustas nanciscuntur consistentiam: & vice versa hominibus, viribus exiguis aut cito languentibus inftruclis, fibris teneris & laxis præditis, haud diæta craffior conducit, neque frivole illa diæta immutanda eft, quæ alicui subjecto congrua existit : Præterea adhuc notandum, quod Longzvitas non semper aut absolute constanter fir. mam & illibatam fanitatem complectatur: quin occurrunt exempla valetudinariorum, qui justa fui corporis cura & conveniente Diæta ad longiorem interdum perveniunt vitam & canam attingunt fenectutem : Interea haud absolute decerni potest, que specialisima diæta omnibus commendanda & a quibusvis fervanda & observanda fir, quoniam ad personales & individuales circumstantias follicita attentio dirigenda eft: Hinc nulla dizta adeo pura & innocens existir, quin aliqualis alteratio a qualibet præfumi debeat, interim vita & fanitati infervit, fi vires vegete & fufficientes tales alienas & infenfas fubftantias atque caufas tempestive removeant & fubjugent: quam ob rem in omni cœteroquin etiam selectissima maximeque temperata Diæta prædickæ qualitates, ad vitam longam fpeclantes, observandæ & promovendæ, præcipue excretio-1385

· (23) [03-

nes debite promovendæ funt, quia etiam in corpore noftro nibil durabile eft & fluidæ inprimis partes, quæ nunc laudabiles funt, in brevi temporis intervallo pravæ & inimicæ evadunt: optima itaque ad longævitatem illa eft diæta, quæ falutarium excretionum libero, fufficienti & legitimo fueceflui infervit, nam per has præcipue corpus confervatur & a corruptione mortifera præfervatur: Et cum hac confideratione omnes reliqui refpectus confpirant, præcipue motuum vitalium vigor, tenor & ordo, qui ad juflam evacuationum abfolute fpectat & quem talis etiam diæta fatis efficaciter fublevat.

#### IX.

Ad longam vitam in genere quidem aliqualis hona & vegeta conftitutio requiritur, ficut recte Zac. Lusitanus l.c. monuit, qua deficiente Diæta haud tam magnam vim exferit, fiquidem ipfa Diæta fub directorio & modificatione vigorofa natura ftat; que fi valde debilis fuerit, haud diutius & efficacius corporis commodis prospicere poterit, sed citius corporis sui fragilitatem & vitæ naturalis fugacitatem ipfo actu experitur : unde quidem contingit, ut ejusmodi imbecilles homines per usun congrue Diætæ comparative ad paulo longiorem vitam ascendant, haud vero exquisite & eminenter Longævitatem attingant: licet longior illa vita ad quam dehiles tales naturæ perveniunt, relativa & individualis existat: quando vero vires naturales a nativitate, per hæreditariam communicationem, per rationem nationis &c. vegetiores funt, tunc Diete justa conciliatio per ordinem & potestatem naturalem paulo longinquiorem & firmiorem fanitatem & vitam promittit: etenim quo magis vires gradu acque robore prestantes & præfentes sunt, co melius & expeditius functiones ille succedunt, que ad vitam longam contribuunt: In hac itaque Dixtx conciliatione &

# - 3 ( 24 ) 503-

& applicatione ratio habenda est quantitatis, qualitatis & ordinis: Quoad quantitatem, nonnulla requisita in præcedentibus annotavimus: omnis saturatio mala: nam obruit & enervat vires, proxime in negotio concostionis & per connexionem in toto reliquo corpore; accumulat impuritates & cruditates, auget humores, præcipue fanguinem cum prejudicio, obruit etiam functiones fe de excretorias: hinc damna voracitatis nimiæque corporis oppletionis fatis fuperque manifesta funt: ita ventriculus nimium cibis oneratus animum & corpus ad lafficudinem & debilitatem disponit: quo magis enim vires ad concoctionis negotium impendendæ funt, eo minus sufficienter reliquis functionibus quadrant: hinc corpus variis infirmitatibus & morbofis invasionibus subjicitur, ut citius denique vita abbrevietur: quanta damna a plena dixta teneris infantibus accidant, multa luctuofa teftantur exempla: Ita etiam superfluus potus animum & corpus onerat, enervat, confundit & corrumpit: hinc cibus & potus menfurandus eft in relatione ad vires, atates, labores & proprias suas qualitates: nam quæ subjecta plus nutriunt, illa in minori quantitate ingerenda funt; quæ crassiorem habent confistentiam, in minori perinde quantitate affumi debent : quæ humores & partes solidas magis afficiunt, motum videlicet majorem in iisdem alliciendo, illa modica magis quantitate excipi debent, talia funt aromatica, spirituosa, vinosa & alia potulenta inebriativa: quæ fubjecta humores valde tenues nimiumque mobiles generant, illis mediocriter confistentia temperata tamen alimenta & potulenta conducunt & que facile spiss colligunt & nanciscuntur humores, quibus etiam partes magis sicce & exfucce funt, illis magie liquida, tenuia, relaxantia, lenientia, emollientia, resolventia, diæretica oleosa, lacticinia, serum lactis, juscula,

juscula, potulenta, aquosa conducunt; id quod etiam valet de illis subjectis, quæ in difficiles excretionum successiones humorum & viscerum infarctus inclinant: quicunque homines sub vegetiori nutritione firmiori & ampliori indigent corpore, qui etiam in operosis corporis laboribus & exercitationibus versantur, adeoque plus fanguinis confumunt, eundemque in forma seri per fudorem & urinam largius evacuant, illorum Diæta plenior, haud tamen vorax & nimis esset debet: Et hæ regulæ quoad quantitatem Diætæ annotandæ sunt, quibus plures & specialiores addi possent, sed sufficient hac manuditione ad ulteriores meditationes viam & occassionem monstrasse, tanto magis cum præsenti specimine brevitatem tractationis & annotationem fundamentalium respectuum felegerimus.

铃3 ( 25 ) 隐录

### §. X.

Ratione Qualitatis victus & potus perinde temperatus sit, ne copiosa & perniciosa inquinamenta suppeditet : in genere omnibus hominibus magis liquida, quam solida conducunt, quæ sanguinem in congrua fluiditate conservant, recrementitias tenues substantias diluunt & corrigunt; fibras flexiles reddunt, organa fe-& excretoria leniunt, humectant & subinde quaslibet falutares evacuationes promovent & facilitant, lympham in puritate & mobilitate fervant, sub qua nutritionis functioni facilius obtemperat, abstersionem impurarum & inimicarum substantiarum tam in humoribus, quam partibus solidis sublevant, adeoque salutares motus nature in hisce officiis allevant, ne eadem in ordinariis suis functionibus multas difficultates salutares successius impedientes & turbantes subeat, neve propteres quoad vires facile enervetur: tanto magis sufficiens humidorum

rum usus requiritur, quando sub simplici Dixta & usu panis craffioris, fructuum horræorum, aliorumque esculentorum vegetabilium, crassores fubstantiz refolvi, mobiliores & tractabiliores reddi & ad faciliorem evacuationem præparari & adjuvari debent: hinc ad copiofum usum panis crassioris optime quadrat usus aque: quid-quod juscula simplicia multam opem falutari motuum vitalium progreffui conferunt : modicus usus subjectorum aromaticorum, diversitati etatis, temperamenti, fexus, virium, alimentorum reliquorum &c. accommodatus per. inde variis modis ad vitam fanam & longam confert, dum concollionem adjuvare, cruditates attenuare, motum fanguinis allevare & fibras roborare adjuvat: neque etiam Salis communis usus modicus sub Diæta contemnendus eft: etenim hoc perinde craffum cibum refolvit, alias spissa & crudas materias colliquat, serum excrementitium rarefacit, fibras ad motum constrictorium & connexum fe - & excretorium Rimulat & multiplicem alium ufum præftat: hinc homines nimis religiofe & fcrupulofe Salis usum abhorrescentes variis agrotationibus obnyxii redduntur : candem utilitatem Salis ad promovendam Longævitatem teftantur Horflius Opp. Tom. 3. Hæferus in Herc. medic. Lib 2. c.1. excludatur modo nimius hujus Salis ufus, qui facile ad humorum acrimoniam & vorias alias connexas morbofas qualitates disponit: Dulcia & faccharata an ad vitam longam conferant, æque quæritur: aft hac non promiscue singulis conducunt, nam cum bile & lacle, ut & aciditate non bene conveniunt, cum quibus perniciosam fermentationem subeunt, colicam, diarrhœam, vomitus, Cholericos morbos &c. excitant: & licet eadem alvum elubricent, tamen circumspecte inquirendum eft, an non aliæ pravæ & przjudiciofæ materiæ ufum dulcium respuant: hinc in infantibus, subjectis hiliofis,

-26) (26) 50%-

# - 503 ( 27 ) 503-

liofis, ubi acida subjecta ingeruntur, sub diæta vinofa &c. dulcia haud fanitati & vitæ subveniunt: in subjectis vel Jenibus vel ad senium appropinquantibus dulcia alvum laxam fervant: proinde etiam mellita caute funt ufurpanda, ne videlicer alia pinguia, lacticinia, fœculenta & fermentationem facile subeuntia aut valde augentia una ingerantur: Galenus lib.3. de aliment. cap. de melle dixit: Mel, faccharum & alii liquores mellaginei ob partium fuarum tenuitatem, in corporibus calidis, prompte in hilem convertuntur: hinc Jæpferus in manuduct. ad visam longam P. I. c. 7. p. st. demonstravit, quod multi dulcibus lædantur: Præterea cibos femper molles nimiumque coctosingerere non proficit: interdum naturæ viribus quædam consisten. tiora alimenta offerenda sunt, ne illa in concoctionis negotio negligentior, torpidior & ignavior reddatur: efculenta acerba, valde acida, austera, adstringentia utplurimum in primis viis multas turbas excitant, excretiones falutares impediunt, aut sufflaminant & humores laudabiles inquinant & impuros reddunt: oleofa diatetica, justus butyri usus, inter antiquos fimpliciori diætæ annumerata fuere, qua hodienum etiam fanitatem & vitam fublevant: Potus purus, limpidus, tenuis, temperatus, plus ad vitam longam confert, quam spiss, faturatus, fœculentus; quare cerevilia, confistens, craffa, pinguis valde, nimis alimentola & inebriativa parciori quantitate assumenda, aut alia diluentia liquidiora ejus usui interponenda sunt: Vini usus modicus, nec camen quotidianus, aut si alius potus haud usu receptus eft, cum majori aque quantitate diluti & temperati & corpori & animo fubvenit, humores refolvit, excretiones diaphoreticas & diureticas promovet & vires fubinde confortat: Frigida valde alimenta & potulenta, tanto magis astuante corpore ingesta, valde nocent: Et hæ nonnullæ principales observationes quoad qualita- $D_2$ 7573819472

#### qualitatem victus & potus, ad Longævitatem contribuentem, annotatæ, præfenti disquisitioni & meditationi inferviunt: Specialissimam applicationem Dissertationis & Speciminis limites non admittunt: suffecerit etiam inhac confideratione manuductionem ad reliquam deductionem & applicationem subministraffe.

-3 (28) 503-

### §. XI.

Longævitatem denique promovet justus ordo in Diæta servandus, siquidem ordinata omnium actionum humanarum administratio *falubres* successive & prospe-ros eventus rerum promittit & vice versa: *splendida* convivia, *miscellanea* Dixta, *multiplicia* & diversa fercula non ad ordinem Diæte, nec ad ordinem naturæ pertinent, sed concoclionem turbant & confundunt', chylum impuriorem reddunt, corpus humanum aliis multis recrementitiis substantiis opplent & inquinant, adeoque variis modis aconomiam vitæ & fanitatis pervertunt & lædunt: unum alterumve temperatum edulium, plus proficit, quam illorum copia & varietas: Vi-Aus & potus cum naturali bono & vegeto appetitu affumatur, ita tamen, ne hic obruatur & in nauseam convertatur : haud tamen ultra legitimum appetitum, aut contra hunc alimenta & potulenta obtrudantur & ingerantur, quia hæc oppletio animo & corpori infensa eft: naturalis appetitus certis etiam diei horis respondet, qui ordo in ratione temporis observatus perinde salutaris est, quamvis homines plebeji, laboriosi & vilioris fortis, etiam sub durioribus suis negotiis appetitum hunc fentiant, hi tamen ad duclum nature vivunt, dum firenuis se operibus facigant, adeoque appetitui natura indulgere debent: interim vitæ & sanitati plus proficit, si sub reliqua animi & corporis guiete cibus & potus ingeritur,

# -29) [03-

geritur, neque subito post hanc ingestionem ardui la-bores animi & corporis suscipiuntur & continuantur: quoniam vires, ad digestionis negotium necessaria, facile in subjectis sensibilioribus dilapidantur & propterea concoctio difficilis redditur, atque crudior chylus paratur: interim hæc regula in fubjectis robuftis & duris non tam accurate servanda, modo in hisce etiam, tale quid haud quotidie committatur: alias appetitus in ataxiam ruit : confultius vero erit, post ciborum ingestionem aliquali quiete frui, aut moderata, haud tamen ftrenua operosa & excedence corporis commotione uti: noclurnæ commessationes, aut victus & potus ingestiones æ-que naturæ ordinem turbant, siquidem hisce horis non modo longior quies animi & corporis capessenda, fed potius functio secretoria, sanguificatoria & nutritoria expeditius succedere debet: hinc in multis hominibus plenior cœna fomnum turbat, quales nocivæ ataxiæ tan-to magis oriuntur, si in profundiori nocte tales compo-tationes & ingluvies instituuntur: unde homines qui adeo eminenter ordinem natura turbant & nociem diemque inter se confundant, functiones diurnas in noctem differunt, utplurimum valetudinarii redduntur & præmatura morte decedunt : alias jam fatis notorium eft, quanta offendicula potus noclurni fanitati inferant: Æstivo tempore, quo necessariæ humiditatis in corpore major diffipatio & consumptio contingit, potus sufficiens non est interdicendus aut fubtrahendus : fiquidem byberno tempore, quo cruditates facilius colliguntur & humores ob multas rationes facilius incrassantur, perinde sufficiens potus necessarius est: quando etiam nonnulli homines illam irregularitatem dizteticam amplectuntur, ut comparative plus bibant, quam alimenta af-sumunt, tunc ventriculus ita debilitatur, ut appetitus D 3 natu-

# - 593 ( 30 ) 563-

naturalis facile destruatur, cibi ægrius digerantur & in ventriculo perferantur, unde nonnunquam cardialgia & conatus vomendi, diarrhæe suspectæ & valde enervantes &c. increbescunt, admodumque sanitatem lædunt: inordinatus usus spirituosorum, velut spirituum & aqua. rum ardentium, aut positive carminativorum, multum fanitati & vitæ præjudicat, dum in libera & naturali virium suarum applicatione natura valde offenditur & enervatur & negotium digestionis candem graviter pervertitur, præsertim si nonnulli homines usui talium spirituosorum plane adsuescunt; inde iterum ferme omnes ad vitam & fanitatem spectantes functiones turbantur, ut tales inordinati gulosi æque præmatura morte extinguantur: Multiplex mutatio cum potu & victu variis alterationihus in primis regionibus ansam dat, que perin. de fanitati & Longævitati præjudicant: cavendum tamen infuper eft, ne prava avidi appetitus & voracitatis consuetudo acquiratur: fiquidem animales & naturales functiones in justo ordine conservandi sunt: Hasce regulas refpectu Ordinis diætetici, quibus plures aliæ addi possent, tradere placuit : quamobrem in succincia hac præsentis thematis commendatione & deductione acquiescimus: Deo submissas & devotas exhibemus grates, quod præsentem laborem prospero successu prosequi voluerit, quem humillime etiam rogamus, ut hæc & omnia alia falucaria monita & confilia exoptatus prosequatur

FINIS,

-1. JE 1

Claris-

12 11 2 war 12 (2 12 13

記法

## CLARISSIMO DOMINO CANDIDATO S. P. D. P R Æ S E S.

Quanto amoris & desiderii fervore atque affectu mortales naturalem prosequantur dierum longitudinem aut vitam, satis manifestum est, licet spiritualis vita longe majorem mereatur æstimationem; nam qui animam fuam i. e. vitam fervare voluerit, eam perdet, qui vero animam fuam i.e. vitam naturalem mea causa perdiderit, eam inveniet, effatum Salvatoris eft Matth. XVI,25. ex cujus ore etiam fluit decretum Luc. XIV, 26. Si quis admevenit, atque adeo suamipsius animam non odit, non potest meus effe discipulus : Etenim de naturali vita recte judicat Gregor. Nazianz.in Orat. X.p. 64. nonne ex paucis bis diebus, qui restant, boc folum lucri faciemus, ut plura mala partim videamus, partim patiamur, partim fortasse etiam faciamus, atque it a tandem ipsi quoque nutur a legi commune ac firmum & stabile tributum perdamus, atque alios seguamur, alios præcedamus, ab aliis lugeamur, munusque lacrymarum, quod aliis contulimus, ab aliis recipiamus & Plinius Lib.7. c. 50. afferit: tot enim periculorum genera, tot morbi, tot metus tot cure, hanc videlicet circumdant vitam: natura vero nil bominibus brevitate vita prastitit melius: cum fine vita naturalis, bene gesta, finem allequuntur miseriæ & calamitates humanæ & initium faciunt æterna quies, gaudia & gloria : Diu vivere, est diu miserias & peccatorum tentationes pati: Interea quem vivimus diem cum morte dividimus dixit Seneca Ep.24. unde Augustinus Serm.74. hanc vitam perpetuum dicit effemorbum : neque etiam adhibita quamvis omni follicita cura hæc naturalis vita in eternum propagaripotest, ut Galenus affeveravit lib. de Marcore c.2. conf. Zac. Lusitan. H.M.P. Lib.6. bifl.g. p. 952. Quam ob rem fragili noftro corpori variis adminiculis suppetias ferre nitimur, ne domicilium hoc testaceum brevi corruat:quidquod adhuc Senes media & confilia ad longiorom vitam defiderant & nonnunquam impetrant, vid. Hildanus Cent. 6. obf. 28. proinde teftimonium prostat, quod quidam Senex septuagenarius in quotidiana precatione usurogatione Davidica Pf. CII, 25. Deus mi, ne auferas ne in dimidio dierum meorum. conf. Gerberi Historia Regenitorum Part. IV. hist. 19. p.348.349 Aft quando inter alia adminicula Diætetica fubfidia ad Longævitatem acquirendam commendantur, ita præcipua nostra cura sit, ut, dum naturalis vita imperfecta, infirma & fragilis eft, adhuc in hac vita etiam æternam, infinitam, perfectam & durabilem spiritualem acquiramus : Annitamur ut credentes vitam per ejus nomen adipiscamur Job. XX,31. Procuremus non periturum

riturum cibum sed in omnem perennitatem permansurum Job. V, 27. Sitiamus, Veni umus, sumamus aquam vite gratis. Apoc. XXII, 17. rogemus Salvatorem, ut nobis det aquam vivam : ita sub infirma naturali nihilominus æteruam impetrabimus vitam & nunquam desituram Longævitatem. Tu Clariffime DN. CANDIDATE præfenti Specimine Inaugurali Longævitatem ex Diæta, laudabili instituto explicasti, Tuaque salutaria consilia ad naturalem sanitatem tuendam & vitam prolongandam contulisti : reliqua divinæ benedictioni committuntur, memores illius, quod nostrum plantare & irrigare fine divino augmento nihil valeat : Selegisti meditationem perutilem, admodumque necessariam, quoniam multi ob malam diætam & intemperantiam avtochiriæ crimen committunt, viresque suas nefarie destruunt atque corrumpunt. Faxit divina Bonitas, ut transgressores regularum harum diæteticarum refipifcant & sub naturalis vitæ tutela, spiritualem quærant, inveniant & retineant. Tibi vero de prospero exitu Academicorum laborum fincero gratulor affectu: præstitisti Te talibus publicis & externis ornamentis dignum, dum non modo in scientia, sed & experientia Medica & Chirurgica laudabiles progressus fecisti, quare nullus dubito, quin sub continuante adjutorio divino porro in vinea Medica multam frugem feras. Perge ante omnia & perfiste in hac Semita, quam hactenus ingressus & prosecutus es; nunquam desiste a cultu & timore divino, fine quo miferrima est vita, miferrima etiam medicina: Deus enim fecit medicum; hinc Medicus cum Deo cuncta suscipere & peragere debet: In quo Tu itaque hactenus sub variis rerum vicisitudinibus ingenuas Tuas perfecisti operas, in co ulteriori dexteritate plus ultra tendere allabora : Vitæ naturalis fragilitatem & brevitatem in variis orbis locis & regionibus, quoad internas & externas calamitates observafti, in superque huc usque variam opem afflictæ fanitati obtulisti: Coronet porro divina Clementia Medicos Tuos conatus, falutari fuccesfu: & qui bona indole & fincera integritate mentis clarus es, ita hac eadem dexteritate imposterum res Tuas Medicas exerce, quibus Deus vitæ & fanitatis Author, Sator, protector & confervator femper annuat ; ita eveniet ut tanquam fidi servi Domini ex hac vita naturali cum spirituali vero & æterna atque beata firmiter conjuncti, in perfectissimam Regni gloriou Vitam & Longævitatem transmigremus, ubi Longævitarem ex DiætæDomini noftri JEfu Chrifti acquirimus, ut comedamus & bibamus in menfa ejus, in regno ejus, Luc. XX, v. 30. & ut in regno Dei cum nostro Salvatore novum bibamus Marc. XIV, 25. ut nostra ætas, Vita & anni non consumuntur. Vale & Vive in DEO. Dabam e Museo XIX, Kalend. Septembr. A. O. R. clo locc XXVIII. AND DESCRIPTION OF A